

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja sandomierska

Rękopis Biblioteki Narodowej w Warszawie, sygn. BN 12600 III, k. 68ra–68va

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 14

[14] De iure feminarum sic dicit etc.

Si aliquis ducit uxorem et si vir de hac luce di[k. 68rb]/scedit {discedit}, uxor nichil habet in suis bonis, nisi sibi dederit pro dotalicio aut vite provisionem pro sua vita in iudicio bannito. Nulla mulier potest vite provisionem, nec dotalicium hereditarie observare. Et cum de hac luce discedit, ad heredes revertitur sui mariti. Quodsi sibi maritus mulieri nichil eciam suis bonis dederit, in possessione bonorum sui mariti debet permanere, et pueri sibi neccessaria ministrabunt, eousque in viduitate et si sine marito permanere voluerit. Si vir oves habuerit, quas mulier recipiet ad suppellectile. Et si pueri vellent dotalicium mulieri infringere, servare potest testimonio virorum ac mulierum metseptime, qui tunc presentes fuerunt. Si vir pueros habuerit, aut mulier, quelibet ex hiis exhereditati fuerint, si moritur vir, hii pueri, qui in hereditate [k. 68va] patris sunt, recipiunt bona et non hii, qui exhereditate sunt, sed hereditatem vendere non possunt absque coheredum consensu. Hii pueri, qui in potestate patris tempore mortis fuerint, sed ex hiis unus moritur, istius partem dividunt inter se equaliter, tam exhereditati, quam domestici.

[hasła: żona, mąż, wdowa, wiano, sąd wyłożony, uposażenie, gerada, dziecko, współprzysiężnik, samosiódm, przysięga, wydzielony, dziedzictwo, spadek]